MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS III)
Klosterneuburg, Anfang 14. Jh. Seite 90r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

inueniet? Non inuenit mu
lierem idest ecclesiam fortem
sed sibi eam desponsando red
didit fortem. Et erexit cornu
salutis nobis in domo dauid
pueri sui. Cornu dicit firmam
celsitudinem. quia cornu est fir
mum et excedit carnem cum
omnia ossa carne tegantur.
Vocatur itaque cornu salu
tis. regnum saluatoris quo
mundus et gaudia carnis
superantur. In cuius figura
dauid et salemon. cornu
olei in regni gloriam sunt con
secrati. Sicut locutus est per os
sanctorum que a seculo sunt prophe
tarum eius. A seculo. idest ab i
nitio seculi. quia tota ueteris
testamenti scriptura per prophetiam
de christo processit. et a tempore
ade patres sancti suis quo
que factis dispensationum eius testi
monium reddiderunt. Salutem
ex inimicis nostris et de ma
nu omnium qui oderunt nos.
Explanat quod dixerat ere
xit cornu salutis nobis. idest.

erexit nobis salutem ex ini
micis nostris. idest de potestate
omnium qui oderunt nos.
siue sint immundi spiritus siue
peruersi homines. Interim sumus
spe facti salui. in futuro re
ipsa saluabimur. Ad facien
dam misericordiam cum patribus
nostris et memorari testamen
ti sui sancti. Iusiurandum quod
iurauit ad abraham patrem
nostrum daturum se nobis. Ut
sine timore de manu ini
micorum nostrorum liberati seruia
mus illi. Erexit salutem in
domo dauid pueri sui ad
faciendam misericordiam nobis cum
patribus nostris. qui in tene
bris aduentum redemptoris
expectant. Et ita erexit sa
lutem memorari. idest ut me
mor cognosceretur testamenti
sui. ad explendum scilicet
ius iurandum. quod iurauit
ad abraham daturum se no
bis. hoc est completurum
ut sine timore mortis eter
ne seruiamus illi. Dei quippe